

CONGREGATIO
PRO SACRAMENTIS

Adnexum Ep. diei 20 Dec. 1986

Prot.N.1400/86¹

LITTERAE CIRCULARES

"DE PROCESSU SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO"

Congregatio pro Sacramentis, propter gravitatem sui muneris consilium praestandi Summo Pontifici ad dispensationem concedendam super matrimonio rato et non consummato, pastoralis sollicitudine semper praesto esse satagebat Episcopis in officio instruendi processus huius generis, modo edendo regulas servandas (1), modo varias instructiones conficiendo (2).

Maior hisce temporibus impellit necessitas suppeditandi Episcopis concretas normas ad instructionem faciendam "quoad rem" post promulgationem Novae Disciplinae De Processibus, qua et Processus ad dispensationem super matrimonio rato et non consummato (3) ex integro ordinatur.

Quapropter votis obsequens Em.morum ac Exc.morum Patrum Congregationis Plenariae Dicasterii habitae mense Aprili labentis anni, opportunum duxit haec Congregatio per praesentes Litteras Circulares praecipuas recolere regulas ad utiliter intelligendas et exsequendas normas de quibus agitur.

Normae quae expresse de rato et non consummato tractant (4) praesupponunt illas generales de iudicio contentioso ordinario et peculiare de processu circa nullitatem matrimonii (5).

Quapropter in instructione processuali normae propriae erunt complendae cum aliis quae ad contentiosum ordinarium vel ad causas nullitatis matrimonialis pertinent, dummodo cum horum processuum indole componi queant (6).

Sedulam attentionem Episcopus praestare velit ad novum elementum requisitum pro consummatione matrimonii, scilicet "quod coniuges inter se humano modo posuerunt coniugalem actum ..." (7). Iuxta conclusiones Congregationis Plenariae supra memoratae atque a Summo Pontifici probatas, ad solvendo casus sibi submissos haec Congregatio sequenti modo easdem accipit, scilicet ad habendam consummationem matrimonii oportet ut actus sit humanus ex utraque parte, sed sufficit ut sit virtualiter voluntarius, dummodo non violenter exigitus. Cetera elementa psychologica, quae actum humanum faciliorem vel amabiliorem reddunt, non attenduntur.

DE INTRODUCTIONE PROCESSUS

1- Praeter competentiam ordinariam a iure statutam (8), singulis in casibus, postulari poterit a Congregatione pro Sacramentis prorogatio competentiae, adeo ut processus celebrari possit in loco in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes, dummodo accedat consensus Episcopi domicilii vel quasi domicilii oratoris.

¹ Mit verschiedenen Textvarianten abgedruckt in MonEccl 112 (1987) 423-434.

2- In casibus qui speciales difficultates (9) praebent, v.g. usus onanisticus matrimonii, admissa penetratio sine eiaculatione, conceptio per seminis absorptionem, foecundatio artificialis et aliae methodi qui ex hodierna scientia medica subvenire possint, praesentia prolis, defectus humani modi in actu consummandi matrimonium, periculum scandali aut damnorum oeconomicorum cum gratiae concessionem connexum et alia huiusmodi, Episcopus antequam introductionem processus disponat, ad Congregationem pro Sacramentis recurat eiusque instructionibus se conformet.

3- Si e petitione dispensationis super rato et non consummato prudens quoque dubium oriatur circa matrimonii validitatem, tunc Episcopi erit aut consilium dare coniugibus ut iudicialiter agant, si altera pars velit actionem pro nullitate matrimonii promovere, aut disponere ut processus de inconsummatione instituat, dummodo de eius fundamento constiterit (10).

4- Statim ac recepta dispensationis petitione, curet Episcopus ut de eadem certior fiat altera pars et, quotiescumque spes boni exitus appareat, coniuges ad difficultates solvendas et ad coniugalem convictum restaurandum inducantur (11).

5- Instructio processus de inconsummatione sive praecedat sive sequatur actionem pro nullitate matrimonii forte instauratam, semper remittenda erit ad tribunal quod de nullitate videt (12). Pro instructione huius generis processus Episcopus stabiliter vel in singulis casibus illam tribunali propriae dioecesis vel alienae aut idoneo sacerdoti (13) committat, servatis de iure servandis.

6- Iurisperitus ab Episcopo admissus, ad normam iuris (14), munera propria patroni, in causis nullitatis matrimonii recensita (15), exercere non valet, sed tantummodo eius erit partes iuvare ad causam introducendam, ad probationes colligendas, et, in casu exitus negativi causae, ad eandem iterum proponendam servatis servandis (16).

7- Quoties in instructione causae nullitatis matrimonii, quodcumque fuerit caput, dubium valde probabile emerit de non secuta matrimonii consummatione, tribunal, praeteriundo an invaliditas matrimonii evinci possit vel non, rem cum partibus communicat et, accedente consensu utriusque, atque, exquisita ab alterutro vel utroque coniuge petitione pro dispensatione super rato et non consummato, decreto suspendit causam nullitatis, complet instructionem pro dispensatione obtinenda ac tandem acta transmittit ad Congregationem pro Sacramentis una cum dispensationis petitione, vinculi defensoris animadversionibus, voto tribunalis et Episcopi (17). Ad votum Episcopi quod attinet, nihil obstat quominus ille sequatur votum ipsius tribunalis, eidem subscribendo, in tuto posita existentia iustae et proportionatae causae pro dispensationis gratia et absentia scandali ex parte fidelium (18).

DE EVOLUTIONE PROCESSUS

Quoad argumentum morale

8- Exquirantur pro posse a parochis testimonia credibilitatis et probitatis partium et testium; si vero illa haberi nequeant, alia a Curia perquirantur documenta ad depositiones aestimandas; et haec omnia sedulo in actis referantur (19).

9- Quatenus pars vel testis se sistere ad respondendum coram iudice renuat, licet eos audire etiam per alium ecclesiasticum aut laicum a iudice delegatum aut requirere eorum declarationem coram publico notario vel quovis alio legitimo modo, ut puta per epistolam, dummodo huiusmodi acta secum ferant fidem genuinitatis et authenticitatis (20).

- 10- Absentia a iudicio partium ad normam iuris declarata (21) ex actis constare debet (22).
- 11- Instructor, partibus et testibus iuramento de veritate dicenda delato ad normam iuris (23), eos interroget super quaestionibus a seipso vel a vinculi defensore paratis (24), servato modo praescripto (25). Interrogationes, vero, respondeant requisitis a iure recensitis (26).
- 12- Curet instructor ut in excussione mulieris, quae est pars in causa, adsit medicus qui sit religione, moribus, aetate gravis ex officio deligendus (27).
- 13- In aestimandis testibus, quorum numerus non amplius computatur, ut v.g. "septimae manus", instructor consideret criteria in iure statuta (28), atque, si opus sit, testes de ipsarum partium credibilitate adhibeat (29).
- 14- Omnia quae ad causam rite cognoscendam utilia videantur et sint licita, adduci possunt (30).

Quoad argumentum physicum

- 15- Instructor unius vel plurium peritorum opera utatur (31).
- 16- Peritus, emisso iuramento (32), in explendo suo munere praescriptis canonicis se conformet (33). Illo remittenda sunt acta causae aliaque documenta et subsidia quibus egere potest ad suum munus fideliter adimplendum (34).
- 17- Iudex potest disponere interrogationes perito deferendas ad explicationes, quae ulterius necessaria videantur, obtinendas (35).
- 18- Corporalis coniugum inspectio adhibenda est, si necessaria est ad iuridicam facti inconsummationis probationem assequendam. Eadem omitti poterit si, instructoris iudicio, plenissima iam habeatur probatio de inconsummatione per morale argumentum. Urgenda non erit si, ex inspectione viri, constiterit de eius incapacitate ad matrimonium consummandum et si mulier inspectionem recusaverit: quo in casu illa moneatur de iuridicis suae recusationis consecariis (36).
- 19- Inspectiones medicae privatim effectae, possunt, si instructor id censeat, assumi in actis et, si oportet, explicari (37).
- 20- Si periti inter se discrepent, utiliter adhiberi poterit ad rem dirimendam peritior, immo et peritissimus.

DE CONCLUSIONE PROCESSUS

- 21- Instructor, in conficienda apta relatione (38), summarium totius processus clare exponat eamque actibus adiungat.
- 22- Defensor vinculi officio tenetur proponendi et exponendi omnia quae rationabiliter adduci possint adversus matrimonii dispensationem (39).
- 23- Quoad votum pro rei veritate haec prae oculis habeantur:
a) Episcopus per se ipsum hoc votum exaret; potest tamen facultatem illud conficiendi generaliter delegare (40). Hoc autem in casu, ipse Episcopus quodammodo suum faciat votum delegati, antequam huic Congregationi illud transmittat (41).

b) In causis in quibus fit transitus a via iudiciaria ad viam administrativam (42), votum pro rei veritate conficiatur ab Episcopo Tribunalis Regionalis vel Interdioecesani, qui antea cum Episcopo partis oratricis consilia conferat, saltem de opportunitate petitam dispensationem concedendi (43). Quodsi vero causa nullitatis apud Tribunal Dioecesanum pertractata fuerit, votum pro rei veritate ab Episcopo competenti exaretur.

c) In conficiendo voto pro rei veritate Episcopus factum adsertae insonsummationis et causam iustam ad dispensandum perpendat. Rationibus pastoralibus motus, consideret etiam opportunitatem gratiae, absentiam scandali, fidelium admirationem vel damnum cuiuslibet generis quae ex gratiae elargitione possent oriri, consequentias petitae concessionis relate ad bonum animarum in pacem conscientis restituendam atque de iis in eodem voto explicite referat.

DE REMOTIONE CLAUSULAE RESCRIPTO DISPENSATIONIS APPOSITAE

24- Si remotio clausulae, in rescripto appositae, Congregationi pro Sacramentis relinquatur et pars, cuius praefata clausula interest, velit ad novas nuptias transire, Episcopus ad hoc Dicasterium rem deferat eiusdemque instructiones executioni mandare velit (44).

25- In auferendis clausulis, quarum remotio Episcopo dioecesano committitur, idem instructiones in rescripto dispensationis enucleatas perpendat et partem ad alias nuptias ne admittat nisi, per medici periti inspectionem, certior fiat de illius aptitudine ad officia coniugalia exercenda aut ab illo seriam promissionem receperit de iisdem debite adimplendis (45).

DE RESPONSIONIBUS DILATORIIS VEL NEGATIVIS AB HAC CONGREGATIONE DATIS

26- Si Congregationis iudicio, requiratur supplementum instructionis ad assertam non consummationem probandam, id Episcopo significabitur simulque elementa indicabuntur ad illud explendum.

27- Etsi Congregatio rescripserit "ex deductis non constare de inconsummatione", semper datur facultas partibus perpendendi, suffultis quidem iurisperiti auxilio, "num quid grave possit adduci ad petitionem denuo proponendam" (46).

* * * * *

Curent demum Episcopi ut in hisce magni ponderis instruendis causis, circumspecte quidem et caute, at simul naviter et, quoad fieri poterit, expedite procedatur, ne cum gravi partium detrimento inutiles interponantur morae.

Romae, ex Aedibus Congregationis pro Sacramentis,
die 20 Decembris 1986

(A. Card. Mayer, Praef.)

(+ L. Kada, Secr.)

NOTAE

- 1) Cfr. Decr. "Catholica Doctrina" et "Regulae Servandae in processibus super matrimonio rato et non consummato", diei 7 Maii 1923 (A.A.S., 15, 1923, 389-413).
- 2) Cfr. "Litterae ad Exc.mos Archiepiscopos, Episcopos etque locorum Ordinarios", diei 15 Junii 1952 (prot. n. 4380/52, non publicata). Cfr. Instr. "Dispensationis Matrimonii", diei 7 Martii 1972 (A.A.S. 64, 1972, 244-252).
- 3) Lib. VII, Pars II, Pars III, capp. I, III.
- 4) Cfr. Can. 1697-1706.
- 5) Cfr. Cann. 1501 ss; 1671 ss.
- 6) Cfr. Can. 1702.
- 7) Can. 1061 § 1.
- 8) Cfr. Can. 1699 § 1.
- 9) Cfr. Can. 1699 § 2.
- 10) Cfr. Instr. "Dispensationis Matrimonii", cit. I, e.
- 11) Cfr. Cann. 1678, 1695.
- 12) Cfr. Can. 1700 § 2.
- 13) Cfr. Can. 1700 § 1.
- 14) Cfr. Can. 1701 § 2.
- 15) Cfr. Cann. 1481-1490; 1678.
- 16) Cfr. Can. 1705 § 3.
- 17) Cfr. Can. 1681; Cfr. infra num. 23b.
- 18) Cfr. 1704 § 1.
- 19) Cfr. Cann. 1572, 1679.
- 20) Cfr. Can. 1528.
- 21) Cfr. Can. 1592 §§ 1, 2.
- 22) Cfr. Can. 1509.
- 23) Cfr. Can. 1532.
- 24) Cfr. Cann. 1530, 1533.
- 25) Cfr. Can. 1561.
- 26) Cfr. Can. 1564.
- 27) Cfr. Congr. S. Off., Decr. "Qua singulari", diei 12 Junii 1942 (A.A.S. 34, 1942, n.6, 201).
- 28) Cfr. Can. 1572.
- 29) Cfr. Can. 1679.
- 30) Cfr. Can. 1527 § 1.
- 31) Cfr. Can. 1560 § 2.
- 32) Cfr. Can. 1454.
- 33) Cfr. Can. 1578 § 2.
- 34) Cfr. Can. 1577 § 2.
- 35) Cfr. Can. 1578 § 3.
- 36) Cfr. Instr. "Qua singulari" cit. nn. 1, 4.
- 37) Cfr. Cann. 1575, 1581.
- 38) Cfr. Can. 1704 § 1.
- 39) Cfr. Can. 1432.
- 40) Cfr. Cann. 134 § 3, 137 § 1.
- 41) Cfr. Responsio Comm. C.J.C. Authentice interpretando, diei 21 Februarii 1984.
- 42) Cfr. Can. 1681.
- 43) Cfr. Instr. "Dispensationis Matrimonii", cit II, f.
- 44) Ibidem, III b.
- 45) Ibidem III a.
- 46) Can. 1705 § 3.

* * * * *

Deutsche Übersetzung²

RUNDSCHREIBEN

ÜBER DEN PROZESS ÜBER DIE GESCHLOSSENE UND NICHT VOLLZOGENE EHE

Die Kongregation für die Sakramente, hat sich wegen der Bedeutung ihrer Aufgabe, dem Papst Rat zu geben bei der Dispens von der geschlossenen und nicht vollzogenen Ehe, immer bemüht, den Bischöfen in pastoraler Sorge zur Seite zu stehen bei ihrer Aufgabe, Prozesse dieser Art zu führen, sei es indem sie zu beachtende Regeln aufstellte (Cfr. Decr. "Catholica Doctrina" et "Regulae Servandae in processibus super matrimonio rato et non consummato", diei 7 Maii 1923 [A.A.S. 15, 1923, 389-413]), sei es durch Anfertigung verschiedener Instruktionen (Cfr. "Litterae ad Exc.mos Archiepiscopos, Episcopos etque locorum Ordinarios", diei 15 Junii 1952 [prot. n. 4380/52, non publicata]. Cfr. Instr. "Dispensationis matrimonii" diei 7 Martii 1972 [A.A.S. 64, 1972, 244-252]).

Eine große Notwendigkeit drängt in dieser Zeit dazu, den Bischöfen zu helfen durch Anfertigung einer Instruktion "zur Sache" nach der Promulgation der Neuen Disziplin der Prozesse, durch die auch der Prozeß zur Dispens von der geschlossenen und nicht vollzogenen Ehe (Lib. VII, Pars II, Pars III, capp. I, III) grundlegend neu geordnet wurde.

Daher hielt diese Kongregation, den Voten der Väter der Kongregations-Vollversammlung vom April des vergehenden Jahres folgend, es für angemessen, durch dieses Rundschreiben die wichtigsten Regeln zusammenzustellen, um die Normen, um die es geht, nützlich zu verstehen und anzuwenden.

Die Normen, die ausdrücklich von der nichtvollzogenen Ehe handeln (vgl. Can. 1697-1706), setzen jene allgemeinen über das ordentliche Streitverfahren und die besonderen über den Ehenichtigkeitsprozeß voraus (vgl. Cann. 1501 ff, 1671 ff).

Daher werden in der prozessualen Instruktion die besonderen Normen mit anderen zu ergänzen sein, die zum ordentlichen Streitverfahren und dem Ehenichtigkeitsverfahren gehören, soweit sie mit der Natur dieser Verfahren vereinbar sind (vgl. Can. 1702).

Sorgfältige Aufmerksamkeit wolle der Bischof dem neuen Element schenken, das zum Vollzug der Ehe gefordert ist, daß nämlich "die Ehegatten miteinander in menschlicher Weise den ehelichen Akt vollzogen haben ..." (Can. 1061 § 1). Nach den Entschlüssen der oben erwähnten Kongregations-Vollversammlung, die vom Papst gebilligt wurden, versteht die Kongregation bei der Lösung der ihr vorgelegten Fälle dieses folgendermaßen, daß zum Vollzug der Ehe erforderlich ist, daß das Handeln von beiden Seiten ein menschliches sein muß, aber ausreicht, daß es virtualiter gewollt ist, solange nicht gewaltsam errungen. Andere psychologische Elemente, die den Akt leichter oder liebenswerter machen, werden nicht in Betracht gezogen.

DIE DURCHFÜHRUNG DES VERFAHRENS

1- Außer der ordentlichen Zuständigkeit, die im Recht festgelegt ist (vgl. Can. 1699 § 1), kann in einzelnen Fällen von der Sakramentenkongregation die Zuweisung einer Zuständigkeit erbeten werden, so daß der Prozeß an dem Ort geführt werden kann, an dem tatsächlich die meisten Beweise zu erheben sind, sofern die Zustimmung des Bischofs des Wohnsitzes oder Nebenwohnsitzes vorliegt.

² Die Fußnoten des lateinischen Textes sind in Klammern in den deutschen Text eingefügt.

2- In Fällen, die besondere Schwierigkeiten bieten (vgl. Can. 1699 § 2), z.B. onanistischer Gebrauch der Ehe, zugelassenes Eindringen ohne Ejakulation, Empfängnis durch Absorption von Sperma, künstliche Befruchtung und andere Methoden, die nach heutiger wissenschaftlicher Kenntnis vorkommen können, Vorhandensein von Nachwuchs, Mangel an menschenwürdiger Weise des Ehevollzugs, Gefahr des Ärgernisses oder wirtschaftlicher Schäden in Verbindung mit der Gewährung der Gnade und andere derartige Fälle, wende sich der Bischof, bevor er die Beweisaufnahme anordnet, an die Kongregation für die Sakramente und richte sich nach deren Weisungen.

3- Wenn aus der Dispensbitte von der nichtvollzogenen Ehe auch ein kluger Zweifel entsteht an der Gültigkeit der Ehe, dann ist es Sache des Bischofs, den Gatten zu raten, daß sie gerichtlich klagen, wenn einer der Partner eine Klage für die Nichtigkeit der Ehe einreichen will, oder anzuordnen, daß ein Nichtvollzugsverfahren in Gang gesetzt wird, sofern eine Grundlage feststeht (vgl. Instr. "Dispensationis matrimonii" I e).

4- Sofort nach Entgegennahme des Dispensantrages Sorge der Bischof dafür, daß der andere Teil benachrichtigt werde und, sooft die Hoffnung auf Erfolg erkennbar wird, die Gatten angeleitet werden, die Schwierigkeiten zu beheben und das eheliche Zusammenleben wieder aufzunehmen (vgl. Cann. 1678, 1695).

5- Die Untersuchung des Nichtvollzuges, gehe sie der Klage auf Nichtigkeitserklärung der Ehe, die vielleicht erhoben ist, voraus oder folge sie ihr nach, wird immer dem Gericht zuzuweisen sein, das über die Nichtigkeit entscheidet(vgl. Can. 1700 § 2). Für die Untersuchung dieser Art von Prozessen übertrage der Bischof sie auf Dauer oder in einzelnen Fällen dem Gericht der eigenen oder einer anderen Diözese oder einem geeigneten Priester (vgl. Can. 1700 § 1), unter Beachtung der Rechtsbestimmungen.

6- Der vom Bischof nach Maßgabe des Rechtes (vgl. Can. 1701 § 2) zugelassene Rechtskundige kann die eigentlichen Dienste des Rechtsbeistandes, die in den Ehenichtigkeitungsverfahren aufgezählt sind (vgl. Cann. 1481-1490; 1678), nicht ausüben, sondern es ist nur seine Aufgabe, den Parteien zu helfen, die Sache einzuführen, die Beweise zu sammeln und, im Falle eines negativen Ausgangs der Sache, sie unter Beachtung der Vorschriften erneut vorzulegen (vgl. Can. 1705 § 3).

7- Sooft bei der Beweiserhebung in einer Ehenichtigkeitssache, was immer auch der Klagegrund sei, der sehr wahrscheinliche Zweifel zutage tritt, daß die Ehe nicht vollzogen wurde, teilt das Gericht, darüber hinweggehend ob die Ungültigkeit der Ehe bewiesen werden kann oder nicht, die Sachlage den Parteien mit und setzt mit Einverständnis beider Gatten und nach Stellung eines Antrags auf Dispens von der nichtvollzogenen Ehe durch einen oder beide Gatten die Nichtigkeitssache durch Dekret aus, ergänzt die Beweisaufnahme zur Erlangung der Dispens und schickt schließlich die Akten an die Sakramentenkongregation zusammen mit dem Dispensantrag, der Stellungnahme des Bandverteidigers, dem Votum des Gerichtes und des Bischofs (vgl. Can. 1681; vgl. unten Nr. 23b).

Was das Votum des Bischofs angeht, steht nichts entgegen, daß er dem Votum seines Gerichtes folgt, indem er es unterzeichnet, wobei sichergestellt sein muß, daß ein gerechter und angemessener Grund für die Gunst der Dispens gegeben ist und Ärgernis bei den Gläubigen nicht besteht (vgl. Can. 1704 § 1).

ABLAUF DES VERFAHRENS

Hinsichtlich des nicht-physischen Argumentes

8- Es sollen nach Möglichkeit von den Pfarrern Zeugnisse über die Glaubwürdigkeit und Bewährung der Parteien und Zeugen eingeholt werden; wenn sie nicht zu haben sind, sollen von der Kurie andere Urkunden zur Bewertung der Aussagen untersucht werden; über alles das ist sorgfältig in den Akten zu berichten (vgl. Cann. 1572, 1679).

9- Wenn eine Partei oder ein Zeuge sich weigert, sich dem Richter zur Aussage zu stellen, ist es auch erlaubt, sie durch einen vom Richter beauftragten Kleriker oder Laien zu hören oder ihre Erklärung vor dem öffentlichen Notar zu verlangen oder in einer anderen rechtmäßigen Weise, wie etwa durch einen Brief, wenn nur diese Schriftstücke die Gewißheit der Ursprünglichkeit und Echtheit beibringen (vgl. Can. 1528).

10- Die Abwesenheit der Parteien, die nach den Rechtsnormen erklärt ist (vgl. Can. 1592 §§ 1, 2), muß in den Akten feststehen (vgl. Can. 1509).

11- Nachdem der Untersuchungsführer den Parteien und Zeugen den Eid über die zu sagende Wahrheit aufgetragen hat (vgl. Can. 1532), befrage er sie zu den Fragen, die er selbst oder der Bandverteidiger aufgestellt hat (vgl. Cann. 1530, 1533), unter Beachtung der vorgeschriebenen Weise (vgl. Can. 1561). Die Fragen aber sollen den im Recht genannten Anforderungen entsprechen (vgl. Can. 1564).

12- Der Untersuchungsführer soll dafür sorgen, daß bei der Befragung der Frau, die Partei in der Sache ist, ein nach Glauben, Sitte und Alter angesehener Arzt anwesend ist, der von Amts wegen zu bestellen ist (vgl. SC S. Off., Decr. "Qua singulari" vom 12.6.1942, AAS 34 [1942] Nr. 6, 201).

13- Bei der Einschätzung der Zeugen, deren Zahl nicht mehr gezählt wird, wie z.B. der "Siebenhänderzeugen", bedenke der Untersuchungsführer die vom Recht aufgestellten Kriterien (vgl. Can. 1572), und ziehe, wenn das erforderlich ist, Zeugen über die Glaubwürdigkeit der Parteien bei (vgl. Can. 1527 § 1).

14- Alles, was zur rechten Erkenntnis der Sache nützlich erscheint, kann vorgebracht werden (vgl. Can. 1527 § 1).

Hinsichtlich des physischen Argumentes

15- Der Untersuchungsführer soll sich der Mitwirkung eines oder mehrerer Sachverständiger bedienen (vgl. Can. 1560 § 2).

16- Der Sachverständige folge, nach Ableistung des Eides (vgl. Can. 1454) in der Ausführung seines Dienstes den kanonischen Vorschriften (vgl. Can. 1578 § 2). Ihm sind die Sachakten und andere Urkunden und Hilfsmittel zu geben, deren er bedürfen kann, um seinen Dienst treulich zu tun (vgl. Can. 1577 § 2).

17- Der Richter kann Fragen aufstellen, die dem Sachverständigen vorzulegen sind, um Erklärungen zu erhalten, wenn weitere notwendig erscheinen (vgl. Can. 1578 § 3).

18- Eine körperliche Untersuchung der Gatten ist vorzunehmen, wenn sie notwendig ist, um den rechtlichen Beweis der Tatsache des Nichtvollzuges zu gewinnen. Sie kann unterlassen werden,

wenn nach Urteil des Untersuchungsführers schon ein voller Beweis des Nichtvollzuges aufgrund des nicht-physischen Argumentes gegeben ist. Es ist nicht auf ihr zu bestehen, wenn aus der Untersuchung des Mannes seine Unfähigkeit, die Ehe zu vollziehen, feststeht und die Frau die Untersuchung verweigert: In diesem Falle soll sie über die rechtlichen Folgen ihrer Weigerung belehrt werden (vgl. Inst. "Qua singulari" Nrn. 1, 4).

19- Privat besorgte medizinische Untersuchungen können, wenn der Untersuchungsführer das meint, zu den Akten genommen und, wenn nötig, erklärt werden (vgl. Cann. 1575, 1581).

20- Wenn die Sachverständigen uneins sind, kann nützlicher Weise zur Entscheidung der Sache ein Ober-Sachverständiger, ja ein Oberster Sachverständiger beigezogen werden.

DER ABSCHLUSS DES VERFAHRENS

21- Der Untersuchungsführer soll in seinem angemessenen Bericht (vgl. Can. 1704 § 1) eine Zusammenfassung des ganzen Verfahrens klar darlegen und den Akten beifügen.

22- Der Bandverteidiger ist verpflichtet, alles vorzubringen und darzulegen, was vernünftigerweise gegen die Lösung der Ehe beigebracht werden kann (vgl. Can. 1432).

23- Was die Stellungnahme zur Wahrheit der Sache angeht, ist vor Augen zu halten:

a) Der Bischof soll diese Stellungnahme selbst anfertigen; er kann aber die Befugnis dazu allgemein delegieren (vgl. Cann. 134 § 3, 137 § 1). In diesem Fall aber muß der Bischof die Stellungnahme des Delegaten irgendwie zu seiner eigenen machen, bevor er sie dieser Kongregation übersendet (vgl. Responsum der Interpretationskommission vom 21.2.1984).

b) In Fällen, in denen ein Übergang vom gerichtlichen zum verwaltungsmäßigen Weg stattfindet (vgl. Can. 1681), werde die Stellungnahme zur Wahrheit der Sache vom Bischof des Regional- oder Interdiözesangerichts angefertigt, der sich zuvor mit dem Bischof der antragstellenden Partei beraten soll, wenigstens über die Angemessenheit einer Gewährung der erbetenen Dispens (vgl. Instruktion "Dispensationis matrimonii" II f). Wenn aber das Nichtigkeitsverfahren bei einem Diözesangericht geführt wurde, wird die Stellungnahme zur Wahrheit der Sache vom zuständigen Bischof erarbeitet.

c) Bei der Anfertigung der Stellungnahme zur Wahrheit der Sache erwäge der Bischof die Tatsache der behaupteten Inkonsumation und den gerechten Grund zur Dispens. Von pastoralen Motiven geleitet bedenke er auch die Angemessenheit der Gnade, die Abwesenheit von Ärgernis, die Verwunderung bei den Gläubigen und den Schaden jedweder Art, die aus der Gewährung der Gnade entstehen könnten in Beziehung zum Wohl der Seelen in der Wiederherstellung des Friedens der Gewissen, und er soll darüber in dieser Stellungnahme ausdrücklich berichten.

DIE BESEITIGUNG DER KLAUSEL, DIE DEM DISPENSRESKRIPT BEIGEFÜGT IST

24- Wenn die Beseitigung der Klausel, die dem Reskript beigelegt ist, der Sakramentenkongregation überlassen ist und der Partner, den die genannte Klausel betrifft, eine neue Ehe eingehen will, trage der Bischof die Sache dieser Behörde vor und wolle ihre Anweisungen ausführen lassen (vgl. Inst. Dispensationis matrimonii" III b).

25- Bei der Aufhebung von Klauseln, deren Beseitigung dem Diözesanbischof anvertraut wird, soll er die Anweisungen bedenken, die in dem Dispensreskript angegeben sind und den Partner nicht zu neuer Ehe zulassen, wenn er sich nicht durch eine Untersuchung durch einen

medizinischen Sachverständigen vergewissert hat, daß der Partner geeignet ist, die ehelichen Pflichten auszuüben, oder von ihm das ernsthafte Versprechen erhalten hat, sie wie geschuldet zu erfüllen (ebd. III a).

AUFSCHIEBENDE ODER NEGATIVE ANTWORTEN DIESER KONGREGATION

26- Wenn nach dem Urteil der Kongregation eine Ergänzung der Beweisaufnahme erforderlich ist, um die behauptete Inkonsumation zu beweisen, wird das dem Bischof mitgeteilt und zugleich werden die Elemente aufgezeigt, um das durchzuführen.

27- Auch wenn die Kongregation geantwortet hat, "aus dem Angeführten stehe der Nichtvollzug nicht fest", haben die Partner doch immer die Möglichkeit zu erwägen, unter Mithilfe eines Rechtskundigen, "ob nicht etwas schwerwiegendes beigebracht werden kann, um den Antrag erneut vorzulegen" (vgl. Can. 1705 § 3).

* * * * *

Die Bischöfe sollen schließlich sorgen, daß bei der Untersuchung dieser Sachen von großer Bedeutung umsichtig und vorsichtig, und zugleich eifrig und, soweit es geht, rasch vorgegangen wird, damit nicht zum schweren Schaden der Parteien unnötige Verzögerungen eintreten.
(Daten und Namen)